ꝙ participiū est illiꝰ ꝑcationis cuiꝰ generꝫ est verbū a quo descēdit. Et hoc non est vniuersaliter verū sed intelligit̄ dūmō ꝑticipiū est ita latū in ꝑcando sicut verbū a quo descēdit. q̄r si participiū nō est ita latū in ꝑcando sicut verbū a q̊ descendit non oportet ꝙ participiū sit illiꝰ ꝑcatiōis cuiꝰ generꝫ est suū verbū. ptꝫ criminor est ge neris cōis. dixit em̄ donatus ante ꝙ verba coīa ꝑm se sumpta cadunt in duas for mas. i. duplicē ꝑcationē. q̄r ꝑcāt actiue et passiue simul. tamē h̄ ꝑticipiū criminās deriuatū ab eo nō est ꝑcatiōis cōis sed solū actiualis. sic criminaturꝰ licet venit a v̄ bo criminor qđ ē generꝫ cōis. tamē solū ē ꝑcatiōis actiualis. sic crimiatꝰ nō est ꝑca tiōis cōis sed passiualis tm̄. sed hoc ꝑticipiū criminādus est ꝑcatiōis cōis. versus. Sola per ans ens rus actio ꝑcatur. Tus solū patit̄ per dus vtrūqꝫ ꝑcat. ¶ Sequi tur correlarie ꝙ licet hoc v̄bū crimior regit actm̄ ⁊ abltm̄ indifferēter. ex q̊ ꝑcat acti ue ⁊ passiue tamē criminās solū regit actm̄ q̄r ꝑcat actiue tm̄. sil'r criminatus regit abltm̄ tm̄ q̄r ꝑcat passiue tm̄. sed criminandus indifferent̄ regit actm̄ vel ablatiuū q̄r retinet ꝑcationē verbi ⁊ ꝑcat tam actionē q̄ꝫ passionem.

Notandūꝫ quarto ⁊ vltimo ꝙ numerꝰ

in ꝑticipio eodē mō diffinit̄ sicut in noīe solū variādo genꝰ vt vbi in noīe dr̄ nūerus est ꝓprietas noīs. sic hic dr̄ nūerus est ꝓprietas ꝑticipij. Est tamē differētia inter numerū noīs ⁊ ꝑticipij. q̄r noīa deficiūt i nūero. aliqua in singulari vt diuicie nup tie. aliqua in pl'i vt noīa ꝓpria. Sed ꝑticipia nō deficiūt in nūero. ptꝫ q̄r participia sunt adiectiua. mō adiectiua nō debēt deficere in nūero. ex q̊ debēt determiare sub stātia in q̊libet nūero. Sic eodē mō dōm est de figura participij sicut noīs nisi ꝙ in nomīe dr̄. figura est ꝓprietas noīs. in ꝑticipio est dōm figura est ꝓprietas parti cipij. ¶ Sequit̄ correlarie ꝙ nullū ꝑticipiū est cōposite figure sed simplicis aut de cōposite. si em̄ participiū venit a verbo simplicis figure ip̄m est simplicis figure vt legens. si venit a verbo cōposite figure tūc participiū est decōposite figure vt negli gens quod venit a verbo negligo cōposite figure. negligo em̄ cōponit̄ a nec ⁊ lego deponendo c ⁊ apponendo i vt dictū est ante in figura de verbo. versus. Partici pans omne dic simplicis esse figure. Aut decōposite dicere nō dubites. ¶ Sequit̄ correlarie ꝙ si aliqua vox ꝑticipialis cōponit̄ cū ꝑpōne cū qua suū v̄bū cōponi nō pōt tunc talis vox nō est ꝑticipiū sed nomē vt indoctꝰ. ¶ Postea donatus in fine ostendit exemplarē declinationē ꝑticipiorū. Pro qua intelligenda Scim ꝙ dona tus solū declinat ꝑticipia actiue ⁊ passiue ꝑcatiōis. et aliarū ꝑcationū non. Ratio q̄r iste due ꝑcatiōes sunt p̄ncipales. mō de p̄ncipalioribꝰ debꝫ esse sermo ⁊ locutio Alia causa. q̄r ꝑticipioꝝ aliaꝝ ꝑcationū declinationē reliquit fore notā ex decliati one ꝑticipioꝝ actiue ⁊ passiue ꝑcatiōis. sicut em̄ declinat̄ amās sic currēs. Tertia rō. ꝓpter breuitatē ponere em̄ declinationem ꝑticipioꝝ cuiuslibet ꝑcationis fuisset res longa ⁊ tediosa. Istis notabilibꝰ sic stantibus est.

Conclusio responsalis. Littera donati

de ꝑcatione numero et figura ⁊ exemplari declinatiōe ꝑticipiorū est sufficienter as signata. Patet ꝯclusio ex notabilibus iam declaratis.

Ar. Prīo. Tm̄ due sunt ꝑcatiōes ꝑticipioꝝ ergo nō quīqꝫ. ꝓbat̄. q̄r oīs ꝑcatio ꝑticipij aut est essentialis aut accn̄talis. essentialis vt ꝑcare per modū flux us ⁊ fieri. accn̄talis vt ꝑcare singulariter aut pl'r. ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝑcationes ꝑticipioꝝ in gn̄e sunt tm̄ due. licet in sp̄e sunt plures q̄ꝫ due. q̄r ꝑcatio accn̄talis subdiuidit̄ in quīqꝫ membra.

Ar. Scđo. Aliqđ est ꝑticipiū qđ nulliꝰ est ꝑcatiōis g̊. ꝓbat̄ criminās est ꝑtici piū ⁊ nulliꝰ est ꝑcatiōis. Nō actiualis. ꝓbat̄. ꝑticipiū dꝫ esse illiꝰ ꝑcationis cuiꝰ gn̄is est verbū. sed criminor est gn̄is cōis ergo criminās debꝫ esse ꝑca tiōis cōis. Maior est nota. q̄r ꝑcatio ꝑticipij oritur a gn̄e verbi Minor est nota sil'r ex dictis in genere verbi. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝑticipiū dꝫ esse illiꝰ ꝑcatiōis cuiꝰ gn̄is est verbū. veꝝ est q̄n ꝑticipiū est ita latū in ꝑcando sicut verbū a q̊ descen dit. sed hoc ꝑticipiū criminās nō est ita latū i ꝑcando sicut criminor vt declaratuꝫ ē in tertio notabili.

Ar. Tertio. Tm̄ tres sunt ꝑcatiōes ꝑticipioꝝ. ꝓbat̄. oīe verbū aut ꝑcat actiue aut passiue aut neutraliter. g̊ tm̄ tres sunt ꝑcatiōes ꝑticipioꝝ. Añs ptꝫ. q̄r oīe verbū aut ꝑcat actionē tm̄. aut passionē tm̄. aut neutrum. vt patet in diōne verbi. g̊ etiā omne ꝑticipiū aut ꝑcat actiue tm̄. aut passiue tm̄. aut neutrum. ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcluderet si ꝑcatio in ꝑticipio solū attēderet̄ ex parte ꝑcatiōis ꝑti cipij. sed etiā attēdit̄ ex ꝑte gn̄is i v̄bo. mō gn̄a v̄borū sunt quīqꝫ.

Ar. Quarto. Aliqđ est ꝑticipiū qđ nulliꝰ est ꝑcatiōis. ergo ꝓbat̄. ꝑcatio atten dit̄ ex gn̄e v̄bi. sed hoc verbū sum a quo deriuat̄ ens nulliꝰ est gn̄is ergo ens eiꝰ ꝑticipiū nulliꝰ ꝑcatiōis. Maior est nota. Minor. q̄r hoc v̄bū suꝫ nec terminat̄ in o nec in or. ergo sum nulliꝰ est gn̄is. tenet ꝯn̄a. q̄r gn̄s v̄bi sumit̄ ex ter minatiōe in o vel in or vt dictū est circa gn̄s verbi. ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ licꝫ hoc verbū sum nulliꝰ est gn̄is quo ad vocē. tn̄ quo ad ꝑcationē est gn̄is neutrius. ⁊ ergo etiā est neutralis ꝑcatiōis.

Ar. Quīto. ꝑcatio nō est accn̄s ꝑticipij. ꝓbat̄. Idē nō est in diuersis. sꝫ ꝑcatio reperit̄ in qualibet ꝑte ergo. Maior est Aristo. iiij. phicorū. Minor q̄r in q̊ libet ꝑte reperit̄ ꝑcatio ⁊ modus ꝑcandi vt dr̄ autor modorū ꝑcandi. ¶ Di co v̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ capiēdo ꝑcationē vt est rep̄ntatio rei ꝑ vocē ad placitū. sic reperit̄ in qualibet ꝑte. sed ita nō capit̄ hic. sed capit̄ hic ꝑcatio ꝓ quodā mō ꝑcādi ꝑticipij accn̄tali qui ꝯuenit ꝑticipio rōne gn̄is v̄bi.

Ar. Sexto. Figura cōposita etiā reperit̄ in ꝑticipio. ergo plures sunt figure in participio q̄ꝫ due. ꝓbat̄ Añs. q̄r figura cōposita etiā reperit̄ in participio ꝓbatur. figura decōposita reperit̄ in ꝑticipio ergo etiam composita. tenet ꝯn̄a ab inferiori ad supius. omne em̄ quod est figure decōposite est etiā composi te figure. sed non econuerso illud qđ est cōposite figure est decōposite figure. ¶ Di co verū argm̄ ꝯcludit ꝙ oīe quod est figure decōposite est figure cōposite capien do figuram compositā et decompositā cōiter. sed taliter nō potest capi in ꝓposito

quia hic potius capiunt disparate.

Ar. Septio. Aliqđ est pticipiũ quod nulli⁹ est figure. ꝓbatur. potẽs est pticipiũ ⁊ nulli⁹ est figure. ꝙ nõ sit simplicis figure ꝓbat. q꞉ venit a ṽbo cõposite figure scꝫ possum. possum eñ cõponit a potis ⁊ sum. ergo potẽs est figure decõposite. tenet ꝯña. q꞉ illud pticipiũ dicit figure decomposite qđ deriuatur a ṽbo cõposite figure. Q꞉ aũt potẽs nõ sit decõposite figure patet aucte donati q̃ dicit in capl'o de nomĩe ꝙ potẽs est figure simplicis. ¶ Dico ṽm argm̃ cõcludit ꝙ potens inquantũ nomẽ est simplicis figure. sed inquantũ pticipiũ est figure decõposite vt dictũ est in capitl'o de figura nois.

Ar. Ultio. Processus donati est insufficiẽs. ꝓbatur. q꞉ nõ declĩat pticipia aliarũ ꝟcationũ. vt neutralis deponẽtalis ⁊ cõis. ¶ Dico ꝙ eoꝝ declinationẽ reliquit fore notã ex declinatiõe pticipioꝝ ꝟcatiõis actiualis vꝫ passiualis vel etiã dimisit hoc ꝓpter breuitatẽ vt dictũ est in notabili vltio.

Coniũctio quid est , Pars orationis annectens: ordinansq꞉ sententiam.

Utrũ diffinitio cõiunctionis a donato

in textu sit sufficiẽter assignata. in qua dr. Coniũctio est pars orõnis annectens ordinansqꝫ sñiam. Pro intellectione questiõis mote. Notandũ prio ꝙ diffinitũ p̃sentis dionis est coniunctio in suppõne ꝑsonali ꝓ suis signatis. scꝫ ꝓ omnib⁹ coniunctionibus. vt sunt iste. ⁊ vel ⁊ siꝉes. Pro gñe aũt in dione ponit pars orõnis indeclinabilis. ⁊ ꝑ hoc ſꝫm aliquos excludit hoc relatiuũ qui quod etiã coniũgit. quia facit ꝓpositionẽ hypoteticã. Dicit eñ Hugo ꝙ hoc relatiuũ qui q̃ qđ positũ inter duo ṽba et referens subiectũ totale facit ꝓpõem hypoteticã ⁊ resoluit in et ⁊ in ille vt sortes currit q̃ mouet. resoluit in istã. sortes currit ⁊ ille mouet. Aliq̃s tñ videt esse aliđ dõm vt patebit in sequẽtibus. Dr scđo in dione. ꝯiũctio est ꝑs orõnis annectens. qđ valet tm̃ sicut ꝑ vim coniungens .i. absolute. scꝫ ꝙ vltra actũ cõiungendi nihil aliđ designat et importat. Pro quo intelligendo coniũctio cõiungit dupl'r. Prio coniũgit per vim qñ scꝫ coniungit ea q̃ nõ denotãt hr̃e aliquã dependentiã ⁊ sequelam adinuicem vt hõ ⁊ asin⁹ currit. hõ eñ ⁊ asin⁹ sunt dispata. dispata aũt non vident nec hñt dependentiã ⁊ sequelã adinuicẽ. Et taliter cõiungũt cõiũctiões copl'atiue ⁊ disiũctiue. Dictũ est notãter in declaratiõe annectẽs .i. ꝑ vim ꝯiũgẽs absolute. sic ꝙ vltra vim coniũgẽdi nihil aliđ importat. ꝑ hoc ꝟm aliq̃s excludit ṽbũ subtm̃ qđ coniungit subiectũ cũ p̃dicato. Dicitur .i. periermeniaꝝ. hoc verbũ subtm̃ sum importat actũ cõplexiuũ quẽ sine extremis nõ est intelligere. nõ tñ sequit ꝙ ergo hoc verbũ subtm̃ sum sit coniunctio. q꞉ vltra talẽ actũ coniungendi aliquod aliđ designat et importat. vt tp̃s vel actũ essendi absolute. Siꝉr ꝑ hoc excludit hoc relatiuũ qui que qđ. qđ licet etiã cõiũgit vt dictũ est. ex q̃ facit ꝓpõem hypoteticã. nõ tñ est coniũctio. q꞉ vltra actũ ꝯiungendi aliqđ aliud importat. quia actũ referendi. ⁊ sic non coniungit absolute. Aliq̃ tñ volunt excludere verbũ subtm̃ sum. siꝉiter relatiuũ per gen⁹ cũ dictũ est. coniunctio est ꝑs orõnis indeclinabilis vt dictum est.

Notandũ scđo. Dicit tertio in diffinitione

ordinansqꝫ sñiam. q̃ ptic'a vꝫ tm̃. Coniunctio est ordinãs .i. per ordinem coniungens. sñiam .i. dictiões vel orõnes sñiam faciẽtes scꝫ absolute. sic ꝙ vltra actuꝫ coniungẽdi nihil aliud importat ⁊ designat. vñ Cõiungere ꝑ ordinẽ est cõiungere aliqua que denotant habere dependentiam ad seinuicem. vt si sortes currit sortes mouetur. cursus eñ et motus dependẽt ad seinuicẽ sicut causa ad effectuꝫ. quicq̃đ eñ currit hoc mouetur ⁊ nõ ecõuerso. Siꝉiter ꝟ. si asinus volat asinus hꝫ pennas volare et habere pennas vnũ habẽt respectũ ⁊ depẽdentiã ad aliud. Et isto modo ꝯiungunt ꝯiũctiões causales et rationales. ¶ Sequit corr'ie ꝙ ꝯiũctiões expletiue ꝓprie nec ꝯiungũt ꝑ vim nec ꝑ ordinẽ. nec sunt de necessitate orõnis sed de bene esse. ⁊ ꝯiuncta tm̃ ornant. vt Tu aũt dñe miserere nobis. hec ꝯiunctio aũt non ponitur de necessitate sed cã ornatus. ornatior eñ est sermo cum pono aũt q̃ si dimitterem. Aliq̃ tñ dicũt ꝙ ꝯiunctiões expletiue etiã ꝯiungunt ꝑ vim ⁊ ꝑ ordinem sed occulte vt hic. siquidẽ noscat dilectio vestra. in qua orõne hec ꝯiunctio expletiuã siquidem coniungit ꝑ ordinẽ occulte. q꞉ ꝯiungit adiectiuũ vestra ⁊ subtm̃ dilectio. mõ adiectm̃ ⁊ subtm̃ hñt dependentiã adinuicẽ sicut determiatio ⁊ suũ determinabile primũ tñ est ꝯmunius ⁊ meli⁹. ¶ Sequit corr'ie ex dictis ꝙ licet aduerbia localia tp̃alia etiã ꝯiungunt. q꞉ faciũt ꝓpõnes hypoteticas vt dicũt logici copulatiuas vt ibi sortes currit plato mouet. que valet istã. in quo loco sortes currit in eodẽ loco plato mouet. tñ nõ sunt ꝯiũctiones. q꞉ ꝯiunctio ꝯiungit absolute sed aduerbia localia et tp̃alia vltra actũ ꝯiungendi importãt aliqđ aliđ. q꞉ determinãt verba aut rõne loci aut tp̃is vt dictũ est in capitulo de aduerbio.

Notandũ tertio ꝙ hec coniunctio qꝫ in

dıõne nõ debet capi copulatiue ꝓ et. nulla eñ est coniunctio que ꝯiungit tã ꝑ vim q̃ per ordinẽ. sed debet capi ꝓ vel. sepius eñ in scripturis capit ⁊ pro vel. vt enim oñdit Thomas .ij. ꝑhicorũ in dione nature. ⁊ capit pro vel cũ dr. Natura est principiũ mouendi ⁊ quiescendi. Nõ eñ in omnib⁹ reb⁹ natura est p̃ncipium mouendi q꞉ in terra non. dicit eñ cõmẽtator .ij. celi. Si omẽs dij descenderent terrã mouere non possent. Nec etiam natura est p̃ncipiũ quiescendi q꞉ in celo non. dr eñ .ix. metaphice. Nõ est timendũ ꝙ celũ stet. Sic et in ꝓposito qꝫ capit pro vel. vt dio valebit tm̃. ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim aut per ordinẽ. Non tñ debet capi vel hic disiunctiue alias eñ dio ꝯstitueret vnã hypoteticã fl'ãm cũ diffinito. q꞉ valeret tm̃ omnis coniunctio coniungit ꝑ vim. vel omis ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ ordinẽ. que tota disiunctiua est fl'ã. q꞉ ambe eius ptes sunt fl'ẽ. Sed debet capi vel disiunctim vt facit vnam kathegoricã de disiuncto p̃dicato. ⁊ sic valebit tm̃ ois ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim vel per ordinem. ¶ Et coniunctio est inuenta ꝟm intentionẽ Prisciani .xvi. maioris tribus de causis. Primo vt duo casualia cũ eodẽ verbo ꝯstrui possent vt iohes ⁊ petrus currunt. Scđo vt econuerso duo verba vniri ⁊ ꝯiungi possent vni casuali vt iohes legit et currit. Tertio vt illa que ꝑ se vniri ⁊ coniungi nõ pñt. vt disparata. cõiungerentur. per ꝯiunctionẽ vt hõ et asinus. Quarta rõ põt adiungi. ꝓpter facere ꝓpões hypotheticas ⁊ diuersas kathegoricas de copulatis ꝯditionatis ⁊ disiunctis extremis. que sine ꝯiunctiõibus. fieri non possunt.

Notandũ quarto et vltimo ꝙ coniunctionis

modus ꝟcandi ꝟm autorẽ modorũ ꝟcandi est iste. Cõiunctio est ꝑs orõnis ꝟcans per modũ ꝯiungentis duo extrema. Coniunctio eñ vt dictũ est. est inuenta ꝓpter hoc vt ea ꝯiũgeret que ꝑ se vnibilia non sunt vt dispata. recte ergo dr ꝙ modus ꝟcandi coniunctionis est ꝯiungere duo extrema. Sciñ aũt vt dictũ est prius superi⁹ ꝙ ois modus ꝟcandi in grãmatica si nõ est fict⁹ oportet ꝙ sumat ab aliq̃ modo essendi in natura ⁊ ab aliqua ꝓprietate reali. oportet g̃ ꝙ modus ꝟcandi coniunctionis ꝓportionet aliquo mõ essendi in natura. In natura aũt repitur diuersitas in vnibilibus. aliqua eñ sunt q̃ vniunt seipis sine medio intrinseco vt materia et forma. siꝉr actus et poña. inter eñ vnionẽ materie ⁊ forme. siꝉr actus ⁊ potentie. non cadit mediũ intrinsecũ vt declarat .ix. metaphice et .ij. de aïa dicit eñ Aristo. ꝙ nõ oportet querere mediũ quare ex corpe ⁊ aïa fit vnũ. sicut nõ optꝫ querere

causam quare ex sigillo et cera fit vnū. Nō huiꝰ est p se nota. qꝛ vnū hꝫ se vt actus et aliud vt poṫa. mō ex actu et poṫa fit vnū per se vt dr. ix. metaphice. Alia aūt in natura sunt vnū p mediū per qd ꝯiungunt ad inuicem. vt due res diuerse que sīm se vniri non pñt vniunt p mediū. vt duo asseres iungunt p clauū medium. Sic proportionabiliter in arte inuenit ꝙ aliqua vniuntur sine medio vt determiatio ⁊ determiabile vt albꝰ hō. determiatio eñ habet se vt actus. sed determiabile vt potētia. sicut ergo in natura ex actu ⁊ poṫa fit vnū sine medio. sic et in arte ex determiatione ⁊ determinabili fit vnū. Etiā sunt aliqua in arte q̄ p se vniri nō pñt. sꝫ vniunt p mediū qd illa ꝯiungit. sicut sunt duo dispata vt hō ⁊ asinus. ⁊ ad talem vnionem faciendā inuenta est ꝯiūctio. recte ergo dr. modus scandi ipsius ꝯiunctionis est ꝙ ꝯiunctio est pſorōnis scans p modū ꝯiungentis duo extrema. capit ergo modus scandi ꝯiūnctiōis a ꝓprietate rei et mō essendi qui reperitur in rebꝰ realibꝰ q̄ apte sunt ꝯiungere res aliquas ad inuicē. vt in clauo vel bitumie reperit aptitudo q̄ pt iūgere duos asseres simul. Istis notabilibus sic stantibus est.

Conclusio responsalis. Diffinitio coniunctionis

a donato posita est bene ⁊ sufficienter assignata. Ueritas huius conclusionis patet ex declaratione et notabilibus.

Ar. Primo. Diffinitio ꝯiunctiōis nō valet. ꝓbatur nulla dīo debet ꝯuenire alteri a diffinito. sed dīo ꝯiunctiōis conuenit alteri a diffinito ergo. Maior est nota. qꝛ est vna ꝯditio bone dīonis. Minor ptꝫ qꝛ ꝯuenit verbo substantiuo vbū eñ subtm̄ est copula p̄dicati cū subiecto. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcludit ꝙ vbū subtm̄ ꝯiungit sed nō eodē mō sicut ꝯiunctio. qꝛ cōiunctio ꝯiūgit absolute sic ꝙ vltra actū ꝯiungendi nō importat aliq̄d aliud. mō verbū subtm̄ vltra actū ꝯiungēdi importat aliquid aliud. qꝛ tpus. ⁊ etiā excludit per gn̄s dīonis ꝯiunctio eñ est pars indeclinabilis. verbū aūt subtm̄ est pars declinabilis.

Ar. Scdo. Diffinitio adhuc ꝯuenit alteri a diffinito ergo. ꝓbatur. qꝛ cōuenit huic relatiuo qui. ꝓbatur. illud qd facit ꝓpōem hypoteticā copulatiuam est coniunctio. sed qui facit ꝓpōem hypoteticā copulatiuā. ergo qui est cōiunctio. Maior est nota. qꝛ ꝓpō hypotetica est illa in qua ꝯiungunt due ꝓpōnes kathegorice per hanc ꝯiunctōem et. vel sibi similē. Minor est Hugonis qui dicit ꝙ q̄ positum inter duo verba facit ꝓpōem hypoteticā copulatiuā. ¶ Dico verum argumentū ꝯcludit ꝙ hoc relatm̄ qui facit ꝓpōem hypoteticā nō rōne sui. sed rōe cōiunctionis copulatiue incluse. qꝛ resoluit in et et in ille. Et dico ꝯñter ꝙ licet hoc relatiuū qui coniungit tñ non absolute sicut ꝯiunctio. quia vltra actum coniungendi importat actum referendi.

Ar. Tertio. dīo ꝯiuctiōis nō valet. ꝓbatur. oīs dīo debet p̄dicari de diffinito vlr̄. sed dīo ꝯiunctōis nō est hmōi ergo. Maior est vna cōditio bone dīonis. Minor. quia hec est fla omnis ꝯiunctio ꝯiungit p vim ⁊ ordinem. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcluderet si ꝙ teneret in dīone copulatie. sed tenetur ꝓ vel.

Ar. Quarto. Etiā tenēdo ꝙ ꝓ vel dīo nō valebit. ꝓbat. oīs dīo est mala ex q̄ cū diffinito ꝯstituit ꝓpō fla. sed accipiendo ꝙ pro vel ex dīone ⁊ diffinito ꝯstituit ꝓpō fla. Maior est nota. qꝛ dīo debet p̄dicari de diffinito vlr. ⁊ affirmatie. Mior. qꝛ hec est fla oīs ꝯiūctō ꝯiūgit p vim vl oīs ꝯiūctio ꝯiūgit p ordinē ptꝫ qꝛ est vna disiūctia fla. qꝛ ambe ptes sunt fl̄e. ¶ Dico v̄m argm̄ cōcluderet si ꝙ captū ꝓ vl in dīoe teneret disiūctie. sꝫ dꝫ teneri disiūctim vt ꝯstituat vnā kategoricā de disiūcto extremo. ⁊ sic valebit tm̄. oīs ꝯiunctio ꝯiungit p vim vel p ordinē. et hoc est verū vt dictū est in tertio notabili.

Ar. Quinto. Diffinitio coniunctiōis nō valet. ꝓbatur. omnis diffinitio debet conuenire cuibet cōtento sub diffinito. sed aliqua est ꝯiunctio cui hec diffinitio non conuenit. igit. Maior est nota ex vna ꝯditione bone dīonis. Mitiori qꝛ nō ꝯuenit ꝯiunctionibꝰ expletiuis. ꝓbat. qꝛ grāmatici dicūt ꝙ ꝯiunctiones expletiue nō ꝯiūgūt nec p vim nec per ordinē. sed tm̄ ꝯiuncta ornāt. ¶ Dico verum argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝯiūctiōes expletiue nō ꝯiungunt nec p vim nec p ordinē expsse. tm̄ implicite. ⁊ virtualiter vt dictū est in scdo notabili.

Ar. Sexto. ꝯiūctio ꝯditiōalis nō ꝯiūgit ergo ꝓbat. oē ꝯiungens dꝫ poni in medio inter illa q̄ ꝯiungit. sed ꝯiūctio ꝯditiōalis nō ponit in medio inter illa q̄ ꝯiūgit ergo Maior est nota. qꝛ ligamētū ⁊ vnio dꝫ poni int illa q̄ vnit ⁊ ꝯiungit. Mior ptꝫ. qꝛ ponit in principio. vt cū dicit si hō currit hō mouet. ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝯiūctio ꝯditiōalis nō ponit in medio q̄ ad vocē. tm̄ bñ q̄ ad v̄tute. ⁊ sic hec ꝯiunctio si dirigit v̄tutē in mediū.

Ar. Septio. ꝯiūctio disiūctiua nō ꝯiungit ergo. ꝓbat. illud qd disiūgit nō coniungit. sed ꝯiunctio disiūctiua disiūgit ergo. Maior est nota. qꝛ coniungere ⁊ disiūgere sunt opposita. mō opposita nō pñt inesse vni vt dr in postp̄ntis mior qꝛ ꝯiūctō disiūctia dr disiūctia a disiūgēdo. Dico v̄m argm̄. ꝯcludit ꝙ ꝯiūctō disiūctia ꝯiūgit ⁊ disiūgit respectu diuersoꝝ. ꝯiūgit eñ dictiōes ⁊ disiūgit sensus. vt h hō vl asinꝰ currit. scat ꝙ vnū illorū currit hō vl asinus.

Ar. Ultio. ꝯiunctio copulatiua nō ꝯiūgit p vim ergo ꝓbatur seqla. Illa cōiunctio ꝯiungit p vim q̄ ꝯiungit ea q̄ dependentiā nullā hñt ad inuicē. sed cōiunctio copulatiua ꝯiungit ea q̄ hñt dependentiā adinuicē. ergo nō cōiungit p vim. Maior est nota. qꝛ hoc est ꝯiūgere p vim. Minor qꝛ ꝯiunctio copulatiua ꝯiungit supius et inferius vt hō et aial currūt. mō supius ⁊ inferius hñt dependentiā adinuicē. ex quo sunt ad aliud. ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝯiunctio copulatia ꝯiūgit ea que hñt dependētiā adinuicē. tm̄ hoc nō requirit ad eā ⁊ etiā nō denotat ea habere dependentiā. tum ea coniungit.

¶ Cōiūctioni quot accidūt. tria. que. potestas figura et ordo. Ptās ꝯiunctionū quot spēs habet q̄nq. quas. copulatiuas. disiūctiuas. expletiuas. causales ⁊ rōnales. Da copłatiuas vt et etq atq ac ast. Da disiūctiuas vt aut ve vel ne nec an neq. Da expletiuas vt quidē equidē saltē videlicet q̄ q̄uis quoq autem porro licet tñ verumtamen. Da causales vt si etsi etiamsi siquidem q̄ñ q̄ñquidem quin quietiā quatenꝰ sin seu siue ne ve nam namq ni nisi nisisi ne sed interea q̄obrem p̄sertim itē itemq ceterū alioqui p̄terea. Da rōnales vt ita itaq eñ eteñ eñuero qꝛ quapropter q̄ñ q̄ñquidē quippe nempe ergo ideo igit scꝫ videlicet propterea iccirco. Figure cōiunctionū quot sunt? due que simplex vt nam. cōposita vt namq. Ordo ꝯiūctionū in quo est. Aut ꝓpositiue ꝯiunctiōes sunt vt at ac ast. Aut

subiunctiue vt q3 ne ve. Aut cōmunes vt ergo ideo igitur.

Utrū littera donati de accñtibus con

iunctionis sit sufficienter assignata. Pro intellectiōe questionis mote. Notandum p̄mo q donat⁹ accñia ꝯiunctiōis ondit esse tria sc3 ptātem figuram et ordinē. Priscianus tñ. xvi. maioris etiā ponit spēm. sed donatus eam comp̄hendit sub figura cōiunctiones eñ simplicis figure sunt p̄mitiue spēi. ꝯiunctiōes vero cōposite figure sunt deriuatiue spēi. Diffinit aūt potestas ꝯiunctionis sic cōiter. Est ꝓprietas cōiunctiōis attributa ei ea ratione ꝓut vltra actū ꝯiungendi simpl'r importat actū coniungendi in speciali sc3 aut copulatiue. aut disiunctiue. aut expletiue. aut causaliter. aut rōnal'r. In qua dione tangunt q̄nq3 ptātes ꝯiunctionū. sc3 ptās copulatiua. cum dicitur copulatiue. disiunctiua cū dicit disiunctiue. expletiua cū dr expletiue. causalis cū dicit causal'r. rōnalis cū dicit rōnaliter. ¶ Sequit correl'ie p̄io q eñ quinq3 sunt ptātes ꝯiunctionū ad seinuicē irreducibiles. q2 plures sunt q̄ reducuntur ad istas Priscianus eñ. xvi. maioris ponit plures. Alique enim coniūctiones sunt abnegatiue. aliq̄ aduersatiue. alique discretiue. sed hoc nō est cōtra positionē donati. q2 donatus ponit ptātes plus cōmūes 7 vsitatas. Aliquas dicebat collectiuas vt sunt rōnales. Aliquas dicebat approbatiuas vt quidem. Aliquas coniunctiuas vt si quatenus. ¶ Sequitur corr'ie scd̄o q cōiungere absolute est essentiale coniunctioni. sed coniungere sic vel sic in speciali hoc accidit cōiunctioni. sicut etiā dictū est in aduerbio q determinare verbum absolute est essentiale aduerbio. sed determinare aduerbiū sic vel sic in speciali sc3 rōne numeri loci tp̄is hoc est accñtale aduerbio. ¶ Sequit corr'ie tertio q nō est incōueniēs idē esse essentiale alicui quod tñ alio mō acceptū est accñtale sicut patet in ꝓposito. cōiungere eñ absolute est essentiale ꝯiunctiōi. sed sic vel sic cōiungere est ei accñtale.

Notandū scd̄o. q sufficientia harū po

testatum sic sumit. Omnis coniunctio alicui⁹ ptātis aut est de essentia orōnis 7 necessitate. aut de bene esse. Si est de eēntia hoc est dupl'r. aut cōiungit p̄ vim aut p̄ ordinē. Si per vim hoc est dupl'r. aut coniungit sensus 7 verba vel dictiones sil' sic est coniunctio copulatiua. Aut coniungit dictiones 7 disiūgit sensus sic est coniunctio disiunctiua. Si aūt ꝯiūgit p̄ ordinē hoc est dupl'r. aut plus p̄tinet ad p̄tē antecedētis sic est causalis. Uel plus p̄tiet ad p̄tē ꝯñtis sic est rōnalis. Si aūt est de bene esse sic est ꝯiūctio expletiua. tales eñ nō necessario ponunt in orōne sed sunt de bene esse 7 ornatu orōnis. Diffinit aūt ptās copulatiua sic. Est ꝓprietas coniunctionis attributa ei ea rōne qua nata est coniūgere p̄ vim sensus 7 verba. Que autem coniunctiōes sunt ptātis copulatiue donatus enūerat in textu dicens. Da. i. dic copulatiuas cōiunctiones. vt et etq3 at atq3 ac ast. Ptās disiunctia diffinitur sic. Est ꝓprietas ꝯiūctiōis attributa ei ea rōne qua apta nata est ꝯiungere p̄ vim dictiōes sed nō sensus vt hō vł asinus currit. Enumerat aūt donat⁹ in textu coniunctiones disiūctiuas 7 dt Da disiūctiuas vt aut ve vel ne nec an neq3.

Notandū tertio. q Potestas causalis

diffinitur sic. Est ꝓprietas coniunctiōis attributa ei ea rōne qua ipsa nata est coniungere per ordinē magis se tenens ad p̄tem añtis q̄3 ꝯñtis. vt si hō currit animal currit. Ratio aūt hui⁹ quare coniūctiones causales magis se tenēt ad partē añtis est ista. q2 ponunt circa añs. Dicit eñ Petr⁹ Hispan⁹ capit'o de hypotheticis. hec ꝑpō cui in mente preponit hec coniunctio si dicit añs. Enumerat autē donatus in

textu coniunctiones causales 7 dt. Da causales vt si etsi etiamsi siquidem quando q̄nquidem quin quinetiam q̄tinus sin seu siue neue nanq3 ni nisi nisisi ne sed interea q̄obrem p̄sertim item itemq3 ceterū alioq̄n p̄terea. Ptās aūt rōnalis diffinitur sic Est ꝓprietas coniunctionis attributa ei ea rōne qua apta nata est coniungere per ordinem magis se tenens ad p̄tem ꝯñtis q̄3 añtis Ratio huius q̄re cōiunctiōes rōnales magis se tenēt ad p̄tem ꝯñtis. q2 denotant ꝯñs sequi ex añte. Enūerat autē donat⁹ in textu ꝯiunctiōes rōnales 7 dt. Da rōnales vt ita itaq3 eñ etenī enīuero q2 qua ꝓpter q̄ñ q̄ñquidē quippe nempe ergo ideo igit sc3 videlicet ꝓpterea ideirco Ptās expletiua. est ꝓprietas ꝯiunctiōis attributa ei ea rōne q̄ apta nata est coniungere p̄ vim vł p̄ ordinē. nō tñ ex ñs de nccitate orōnis sed de bñ esse vel ornatu. Et enūerat eas in textu dicēs. Da expletiuas vt quidē equidē saltē videlicet q̄3 q̄uis quoq3 aūt porro licet tñ verūtamen sinaūt aliter.

Notandū quarto 7 vltimo q figura cō

iunctionis eodē modo est diffinienda sicut figura in noīe vel aliis partibus. solum variando genus vt vbi dictū ē in noīe. Figura est ꝓprietas noīs. hic dicatur figura est ꝓprietas coniunctionis. 7 diffinit sic. Figura est ꝓprietas ꝯiunctionis attributa ei ea ratione qua ipsa est diuisibilis vel non diuisibilis in plures partes. Et est duplex. simplex vt at. cōposita vt atq3. ¶ Postea donat⁹ in fine determīat de ordine ꝯiūctionis. Pro quo notandū ordo ꝯiūctiōis. diffinit sic. Ordo est ꝓprietas coniunctionis. attributa ei ea rōne qua ex vsu grāmaticorū vel ex suo modo ꝓ̄candi dictionibus vel orōnib⁹ quas coniungit est p̄ponibilis tm̄. vel postponibilis tm̄. vel in medio ponibilis. ¶ Sequit correl'ie p̄mo q ordo attribuit ꝯiūctioni dupl'r. Prio rōne vsus grāmaticoꝝ. Scd̄o rōne ꝓ̄catiōis et modi ꝓ̄candi. ¶ Sequit corr'ie secūdo q ꝯiunctiōes iste que bene sonāt in p̄ncipio dicunt p̄positiui ordīs. que bñ et pulchre in fine dicunt subiunctiui ordinis. que v̄o in medio dicunt cōis ordinis. ¶ Sequit corr'ie tertio q q̄ñ sequit duas cōiunctiōes esse eiusdē ptātis 7 tñ eē diuersorū ordinū. vt vel 7 ve ambe sunt ꝯiunctiōes disiunctiue. tñ vel est ordinis cōmunis. 7 ve est ordinis subiunctiui ¶ Sequitur corr'ie quarto q triplex ordo tangit in dione p̄dicta ordinis. Cū eñ dicitur p̄ponibilis tm̄ tangit ordo p̄positiuus. Cum dicit postponibilis tm̄ tangit ordo subiunctiu⁹. Cum vero dicitur in medio ponibilis tangit ordo cōis. Ordo p̄positiu⁹ diffinit sic. Est ꝓprietas coniunctionis attributa ei ea rōne q̄ ex suo mō ꝓ̄candi vel vsu grāmaticorū nata est preponi dictionibus vel orōnibus quas coniūgit. Et tales sunt. xv. in numero. versus Ordinis has fieri tu dicas prepositiui. Sicut ac ast aut at vel nec deniq3 si sin. Quin seu ni siue neu neue potes associare. Unde neue est vna ꝯiunctio et valet tantū sicut vel. et aliquando apocopatur sic q deponit e et manet neu qd̄ etiā tm̄ valet sicut vel. Ordo subiunctiuus diffinitur sic. Est ꝓprietas cōiunctiōis attributa ei ea ratione qua ex suo modo ꝓ̄candi vel vsu grāmaticorū apta nata est postponi dictionibus vel orōnibus quas ꝯiūgit. Et tales sunt octo. v̄sus. Subiūgas q3 ve ne quoq3 vero da simul aūt. Junge quidē vel eñ sed cōes alie sunt. Ordo cōis est proprietas coniunctionis attributa ei ea ratione qua ex suo mō ꝓ̄candi vel vsu grammaticorum nata est in medio poni īter dictiōes vel orōnes quas ꝯiūgit. Et oēs sunt cōis ordinis p̄ter q̄ndecim q̄ sunt p̄positiui ordinis. et octo q̄ sunt ordinis subiunctiui. Et nō dicitur ꝯiūctō ideo cōis ordinis q posset poni in p̄ncipio et in fine. Sed dr ideo cōis q2 ponit in medio. mō mediū est quoddā cōe respiciens p̄ncipiū et finem q2 mediū ꝯiungit principiū et finē simul. Istis notabilibus sic stantibus est.

Conclusio responsalis. Littera donati

de accñtibus cōiunctiōis est bene assignata. Ueritas huius conclusionis patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

Ar. Prīo. Plura sunt accn̄ia ꝯiunctiōis ꝙ̄ tria ꝓbatur. qꝛ numerus etiā est ac cidēs ꝯiūctiōis. ergo. ꝓbatꝰ. qꝛ figura est accn̄s ꝯiunctiōis ergo ⁊ nūerus tenet cō sequēcia. i ꝯiunctiōe simplicꝫ figure est vnꝰ nūerꝰ. qꝛ vna dcō. ſꝫ in ꝯiūctiōe cōposite figure est plis nūerꝰ. qꝛ due ꝑtes vel due dictiōes. ¶ Dico ꝙ̄m argm̄ ꝯclu dit de nūero realiter capto. ſꝫ nō de nūero grāmaticaliter capto.

Ar. Scd̄o. Plures sunt ꝑtātes ꝯiunctionū ꝙ̄ tres. ꝓbatꝰ. qꝛ aliq̄ est ꝑtās cōdi tiōalis. h̄ eīn̄ ꝯiūctio si est ꝑtātis ꝯditiōalis. ¶ Dico ꝙ̄m argumētū cōclu dit ꝙ ꝑtās ꝯditiōalis cōp̄rehēdit sub causali.

Ar. Tertio. Ptās ꝯditiōalis nō pōt cōprehēdi sub causali ergo solutio nō vꝫ pro batꝰ ants. qꝛ stat ꝯditiōalē esse verā ⁊ causalē esse fl̄sām. ergo vna nō pōt cōpre hēdi sub alia. tenet ꝯn̄a. qꝛ diuersitas ꝓprietatū arguit ⁊ designat diuersi tatē rex. ants ꝓbatꝰ. de ista ꝓpōe si hō est risibilis hō est rōnalis. Inq̄ꝫtum est con ditionalis tūc est v̄a. qꝛ ſ̄cat ꝙ ꝯn̄s sequit̄ ex ante. ⁊ h̄ est ꝙ̄m. hn̄ eīn̄ sequit̄ hō ē ri sibilis. ergo hō est rōalis. qꝛ nihil est risibile nisi sit rōnale. Et h̄ ꝓpō est fl̄sā inq̄ꝫtū est causalis. qꝛ ſ̄cat ꝙ risibile ee͞t cā rōnalis qđ est fl̄sm̄. potiꝰ eīn̄ ecōuerso rōnale est cā risibilis. rōnale eīn̄ đꝛ cām ⁊ risibile effectū. ¶ Dico ꝙ ꝯiunctio nō dicit̄ ideo causa lis qꝛ denotaret cām. sed qꝛ ordiat dctōes in aliq̄ orōne ⁊ denotat eas se plus tene re ad ants tanq̄ꝫ ad cām. ꝙ̄ ad ꝯn̄s tanq̄ꝫ ad effectū.

Ar. Quarto. Ois ꝑtās est copl̄atiua. ergo nō sunt q̄nq̄ꝫ ꝑtātes in ꝯiunctiōe ꝓbatꝰ ants. qꝛ ois ꝑtās ꝯiūctiōis ē ꝯiūctiua ergo ois est copl̄atiua. tenet ꝯn̄a ab eo dē ad idē. qꝛ idē ſ̄cant ꝯiūctiuū ⁊ copl̄atiuū. ¶ Dico ꝙ nō sunt idē. qꝛ ꝯiun ctiuū est in plus ꝙ̄ copl̄atiuū. ois eīn̄ ꝯiunctio ꝯiungit ſꝫ nō ois copulat. ⁊ sic argu itur a sup̄iori ad inferiꝰ affirmatiue ⁊ sine distributiōe.

Ar. Quito. Plures sunt ꝑtātes in ꝯiūctiōe ꝙ̄ quinq̄ꝫ. ꝓbatꝰ. qꝛ ꝑtās encletica etiā est ꝑtās. ꝓbatꝰ. qꝛ aliq̄ ꝯiūctiōes sunt encletice. vt sunt ille que inclināt sup se accentū p̄cedētis sillabe. vt sunt ille tres ꝙ̄ ne ve. ¶ Dico ꝙ̄m argm̄ ꝯcluderet si ꝯiunctiōi esse encleticā ꝯueniret rōne mōi ſ̄candi ſꝫ hoc ei ꝯuenit rōne vocis. mō ꝑtās ꝯiunctionū orit̄ a ſ̄catiōe ⁊ nō a voce.

Ar. Sexto. Nulla ꝯiūctio est p̄positiui ordinis ꝓbatꝰ. ois ꝯiūctio đꝫ poni i me dio. ergo nulla est p̄positiui ordīs. Ants ꝑꝫ. qꝛ oē ligamentū ⁊ vniēs đꝫ poni i medio. ſꝫ ois ꝯiunctio vnit ⁊ cōiungit. ergo q̄libꝫ đꝫ poni in medio. Maior est nota. siliter mior. ¶ Dico ꝙ̄m argm̄ ꝯcludit ꝙ ois ꝯiūctio đꝫ poni in me dio q̄ ad v̄tutē. tm̄ nō semꝑ reqrit̄ ꝙ q̄ ad vocē ⁊ sitū. ⁊ sic in ista ꝓpōne si hō currit homo mouet̄. hec ꝯiunctio si ponit̄ in p̄ncipio q̄ ad vocē. tm̄ ponit̄ in medio q̄ ad v̄ tutem qꝛ virtutē suā dirigit in medium.

Ar. Septio. Nulla est ꝯiunctio cōis ordinis. ꝓbatur. nulla ꝯiunctio pōt indif ferēter p̄poni ⁊ postponi. ergo nulla est cōis ordinis. tenet ꝯn̄a. qꝛ coniun ctio ideo dicit̄ cōis ordinis ex dione ordinis. ants aūt est notū. qꝛ nulla ta lis est. ¶ Dico ꝙ ꝯiūctio non dicit̄ ideo cōis ordinis qꝛ posset p̄ponī ⁊ postponi simul. sed dicitur ordinis cōis qꝛ habet se vt mediū ⁊ ponitur in medio. modo me dium respicit ambas ꝑtes. sicut pūctus in medio linee respicit ambas ꝑtes linee. quia est principiū vnius ⁊ finis alterius.

Ar. Octauo ⁊ vltio. Plures sunt ordines ꝯiunctiōis ꝙ̄ tres. ꝓbatꝰ. qꝛ aliquis est ordo antepositiuus. ⁊ aliquis est ordo postpositiuus. ergo sunt plures ꝙ̄ tres. ¶ Dico ꝙ tm̄ tres sunt ordines ꝯiunctionū ad seinuicem irreduci biles. mō ordo antepositiuꝰ reducit̄ ad ordinem p̄positiuū. ⁊ ordo post positiuus reducitur ad subiunctiuū.

Repositio quid est. Pars orationis

que p̄posita alijs ꝑtibus in orōne significationē earum aut complet: aut mutat: aut minuit.

Vtrū diffinitio p̄positionis a donato

data sit sufficienter assignata. vicꝫ ista. Prepositio est ꝑs orōnis que p̄posita alijs ꝑ tibus in orōne ſ̄catione eax aut cōplet aut mutat aut minuit. Pro intellectiōe hu ius dīois. Notādū p̄rio ꝙ diffinitum p̄ntis dīois est p̄positio in suppōne ꝑsonali capta ꝓ suis signatis. Pro gn̄e aūt in dione ponit̄ pars orōnis ⁊ capit̄ eodē modo sicut capta est ante scꝫ ꝓ dictiōe latina que apta nata est ingredi orōnē latinā. Et đꝛ p̄positio a p̄ponendo nō ideo ꝙ omnibꝰ ꝑtibus p̄poni debeat in ordīe. qꝛ nom̄ est p̄ria ⁊ alijs p̄ponit̄ ſm oēs grāmaticos. sed đꝛ a p̄ponendo qꝛ p̄poni debet suo casuali cui deseruit. scꝫ actō vel abltō ¶ Sequit̄ correl̄ie ꝙ si aliq̄n p̄positio postpo nit̄ suo casuali hoc est figuratiue vt mecū tecū secū pubetenꝰ cordetenus. Et talis postpositio fit ꝓpter euitare turpē sonū. quē grāmaticꝰ maxīe debet vitare. pul hr̄ius eīn̄ sonat mecū ꝙ̄ cū me. Dr̄ aūt talis figura anastrofa q̄ est recti ordinis ꝑuer sio. ⁊ đꝛ ab ana qđ est rectū ⁊ strofin ꝯuersio q̄si recti ordinis ꝑuersio.

Notandū scd̄o ꝙ p̄positio dupl̄r p̄poni

tur ꝑtibꝰ orōnis scꝫ ꝑ ꝯpōem ⁊ ꝑ appōem. Per appōem tunc p̄ponit̄ q̄n p̄reposi tio et dictio cui p̄ponit̄ sunt diuersarū ꝑtiū orōnis vt ad patrē. ⁊ sic solū p̄reponitur tribus partibus scꝫ nomini ꝓnomini ⁊ participio. Et rō. qꝛ p̄pō p̄ponit̄ illis parti bus ꝑ appōem que hn̄t casum. sed tm̄ tres sunt ꝑtes que hn̄t casum exr̄ter ⁊ origi naliter scꝫ nomen ꝓnomē ⁊ ꝑticipiū. ¶ Sequit̄ correl̄ie ꝙ cū đꝛ vado ad legendum hec p̄repō ad nō p̄ponit̄ huic gerūdio legēdū. patꝫ qꝛ legendū est verbū. mō verbo nō p̄ponit̄ p̄positio. sed p̄ponit̄ actō incluso scꝫ locū. vꝫ eīn̄ tm̄ vado ad legendum. i. vado ad locū in quo legā. Et hꝫ p̄positio in appōne tria officia scꝫ exigit regit et retorquet. Regit q̄n ipa p̄positio ꝑti orōnis collata facit ipam stare in tali casu ita ꝙ non in alio. vt hec p̄positio ad regit illū actm̄ patrē cū dico vado ad patrē. Se cūdo p̄repō exigit q̄n ipa p̄repō stās sub forma p̄repōis certum casuale requirit vt hec p̄repō ad reqrit certū casuꝫ scꝫ actm̄. Tertio p̄repō retorquet q̄n scꝫ p̄repositio v̄bū dispōit ⁊ adiuuat qđ regit certū casum quē sine tali p̄repōne regere nō potest vt vado ad patrē. illud verbū vado est verbū debilis transitiōis ⁊ ꝑ se nō potest re gere actm̄ sed cū iuuamīe p̄pōnis bene regit. Scd̄o p̄repō p̄ponit̄ dictiōibus per cōpōem q̄n scꝫ p̄repō ⁊ dictio cui p̄ponit̄ intrant in eandē ꝑtem orōnis vt iniustus. Et isto mō p̄repō p̄ponit̄ omnibꝰ ꝑtibus excepto ꝓnomine ⁊ interiectiōe. exm̄ de noīe vt iniustus. de verbo extorque. de aduerbio exhinc. de ꝑticipio vt incurrens. de cōiunctiōe vt absq̄ꝫ. de p̄repōne vt impterritꝰ. Rō aūt huiꝰ quare p̄repō nō p̄po nit̄ ꝓnomini ꝑ cōpōem. qꝛ p̄repō in ꝯpōe aut cōplet aut mutat aut minuit vt pa tebit inferiꝰ. ꝓnomen aūt ſ̄cat subām mere. subā aūt non pōt augeri nec minui vt đꝛ Aristo. in p̄ntis. Rō aūt huius quare p̄repō non p̄ponit̄ interiectōni ꝑ ꝯpōem ſm Johem ianuensem est ista. qꝛ sic opposita ſ̄carent inesse vni ⁊ eidē qđ est con tra Aristo. in postp̄ntis. opposita eīn̄ se expellunt. Patꝫ sequela. qꝛ interiectō ſ̄cat mentis affectū ⁊ ꝑ ꝯn̄s passionē. aīa eīn̄ cum afficitur patitur. sed qꝛ ꝓpriū passio nis est destruere. ꝯpōnis aūt ꝓpriū est ꝯponere. si ergo interiectioni p̄poneretur p̄ positō per cōpōem directe opposita ſ̄carent esse in eodem. Prepō aūt in ꝯpōne hꝫ etiā tria officia. Primo cōplet q̄n dcō cōposite figure rōne p̄repōnis ei addite ꝑfe ctiꝰ ſ̄cat ꝙ̄ suū simplex vt ꝑficio q̄n eīn̄ dico facio. ſ̄cat absolute facere. sed quādo dico perficio. ſ̄cat ꝑfecte ⁊ cōplete facere. Scd̄o p̄repō in cōpōne mutat q̄n dictio cōposite figure rōne p̄pōnis ei addite mutat ⁊ variat ſ̄catiōnē sui simplicis vt iniu stus. Tertio p̄repō in cōpōne minuit. q̄n cōpositū rōne p̄repōnis ei addite minuit ſ̄catiōnē sui simplicis vt subrideo quod ſ̄cat parum ridere.

Notandū tertio q̄ diuisio prepositiōis

in p̄pōem in appōem ⁊ ꝯpōem non est diuisio gn̄is in suas spēs. sed poti⁹ est diuisio analogi in sua analogata. in diuisione em̄ gn̄is in spēs ip̄m gn̄s dz p̄dicari vl'r affirmatiue et directe de spēb⁹ suis vt aīal p̄dicat᷑ de hoīe ⁊ asino vl'r directe ⁊ affirmatiē ꝯstat aūt q̄ p̄pō nō p̄dicat᷑ vl'r ⁊ affirmatiē vt nūc de p̄pōne in cōpōne. hec em̄ nō est vā. p̄pō in ꝯpōne est p̄pō. ſʒ hec est vera. p̄pō in appōne est p̄pō. Qr aūt p̄pō in ꝯpōne nō sit p̄pō hui⁹ sunt q̄tuor cause. Pria q̄r p̄pō dz esse dcō ex quo debet esse ꝑs orōnis p̄pō aūt in ꝯpōne non est dictio sed est ꝑs dictiōis. Scda q̄r p̄positio debet retorq̄re verbū ad casuale. hoc p̄positio in compōne nō facit. Tertia q̄r p̄positio deseruit actō vel abltō. p̄pō aūt in cōpōne nulli casui seruit sed indifferenter cuilibet casui p̄ponit᷑. Quarta. q̄r sequeret᷑ q̄ dictio ꝯposite figure esset diuersarū ꝑtiū orōnis qd̄ est flm̄. indoct⁹ em̄ est vna dictio ⁊ si in esset prepō ⁊ doctus nomen tunc hec dictio indoct⁹ esset nomen ⁊ p̄pō. Est ergo ista diuisio potius analogi in sua analogata. Analogū aūt est qd̄ ꝑ p̄us dr̄ de vno ⁊ ꝑ posteri⁹ de alio. om̄e analogū ꝑ se positū stat ꝓ ꝟcato p̄ncipaliori. Cū ergo p̄pō per se ponit᷑ semper accipit᷑ ꝓ p̄pōne in appōe. si aūt debet capi ꝓ prepōne in ꝯpōne oportʒ q̄ restringat᷑. ¶ Sequit᷑ corr'ie q̄ hec ꝯn̄a nō valet. hec est p̄pō in ꝯpōne ḡ est p̄pō. q̄r arguit᷑ ab inferiori ad sup̄ius. scʒ a dicto ſʒm quid ad dictum simpl'r que ꝯn̄a nō valet. q̄r in simili non sequit᷑ hoc est pictus homo. ergo hoc est homo.

Notandū quarto et vltimo q̄ absolu-

te loquendo diffinitio donati data de p̄pōne non valet. ideo. q̄r donat⁹ diffinit p̄positionē in ꝯpōne. ex quo officia p̄pōnis in ꝯpōne hic exp̄mit. ꝯstat aūt q̄ p̄pō in ꝯpōne non est p̄pō vt dictū est in notabili tertio Si ergo dīo donati debet ꝯuenire p̄pōni in appōne q̄ est vā p̄pō. oportʒ eā supplere vt sic dicat᷑. Prepō est pars orōis q̄ p̄posita aliis ꝑtib⁹ scʒ i ꝯpōne aut appōe. ꝟcationē caꝝ i ꝯpōne ꝯplet mutat aut minuit. et tunc dīo bn̄ valebit. Aliq̄ tn̄ dicūt alit᷑ q̄ donat⁹ fuisset illi⁹ opinionis q̄ p̄pō in cōpōe esset vera p̄pō. sed hoc non est v̄m. Aliq̄ aūt dicūt q̄ nō est imputādū donato q̄ ip̄e diffinit p̄pōem in ꝯpōe. q̄r ip̄e nō potuit ponere dīonē p̄pōis in appōne non transgrediēdo limites sue scie. ⁊ deducūt hoc sic. donat⁹ em̄ non potuit ponere dīonem cōpōnis in appōe eēntialē. q̄r tūc esset repugnātia ad dīones p̄cedentes. om̄es em̄ dīones p̄cedētes fuerāt acc̄ntales date ꝑ acc̄n̄a ꝑtium orōnis. sola autem dīo prepōnis fuisset eēntialis qd̄ non fuisset conueniens. Non potuit donat⁹ etiā ponere dīonem p̄pōnis in appōne nisi excessisset metas. ptʒ sic. q̄r p̄pō in appōne dz diffiniri ꝑ exigere regere ⁊ retorquere. ꝯstat aūt q̄ exigere regere retorq̄re ꝯueniūt p̄pōni vt est dyasinthetice cōsiderationis. hic aūt determinat᷑ de p̄pōne vt est ethimologie considerationis. dictū est em̄ ante q̄ scia donati ꝑtinet ad ethiologiam. Concludūt ergo q̄ donatus talē dīonem p̄pōnis posuit quā potuit. et ergo diffinit p̄pōem in cōpōne. licet non sit vera p̄positio. Melius est tn̄ dōm quemadmodū dictum est q̄ ista dīo p̄pōnis pōt intelligi tam de p̄pōne in appōne q̄ʒ in cōpōne iuxta expōnem dictā in p̄ncipio quarti notabilis. Diffinit᷑ aūt p̄positio ſm autorē modorū ꝟcandi sic. Prepositio est ꝑs orōnis ꝟcans per modū disponētis retorquentis casuale ad actum verbi. ⁊ iste est modus ꝟcandi ipsius p̄pōnis. ¶ Sequit᷑ corr'ie q̄ licet cōiter grāmatici dicūt q̄ p̄pō retorquet casuale ad actus verbi. tn̄ hoc absolute non est verū sed potius est dōm q̄ p̄pō retorquet ⁊ disponit verbū ad regendū casuale. et ptʒ hoc sic. verba em̄ absoluta sunt debilis transitionis sic q̄ per se non p̄nt regere obliquū casum sed indigent auxilio p̄pōnis virtute cuius regunt post se obliquū. Casuale ergo quantū est de se semꝑ suscipiet regimē verbi. defectus aūt est in verbo et non in dictiōe casuali. ptʒ ergo q̄ est dōm meli⁹

q̄ p̄positio retorquet verbū ad casuale q̄ʒ ecōuerso. Istʒ notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

Cōclusio r̄n̄salis. Diffinitio p̄pōnis a

donato posita est bn̄ assignata. Ptʒ v̄itas ꝯcl'ōis ex his q̄ ōn̄sa sunt ⁊ dicta i nota.

Ar. Prio. Ordo donati in locatiōe p̄positiōis nō est bn̄ assignatus igit᷑ ꝓbat᷑. q̄r p̄positio debet esse p̄ma ꝑs orōnis in ordīe ⁊ nō septīa ꝓbat᷑. q̄r p̄pō dicitur a p̄ponendo ḡ debet p̄poni ceterꝭ ꝑtib⁹. ḡ ordo donati nō valet. ꝓbat᷑ aīn̄s ex vi vocabl'i. tʒ ꝯn̄a ab eodē ad idē ¶ Dico v̄m argm̄ ꝯcluderet si p̄pō diceret᷑ a p̄ponēdo ideo q̄r omnib⁹ ꝑtib⁹ deberet p̄poni. sed dr̄ a p̄ponēdo non absolute. sed in ordine ad suū casuale cui deseruit. vt actō vel abltō.

Ar. Scdo. Prepositio nō p̄ponit᷑ casuali cui deseruit ḡ solutio nō valet. ꝓbat᷑ q̄r postponit᷑ ei. ꝓbatur cū dico mecū tecū secū cordeten⁹ pubeten⁹. ¶ Dico v̄m argm̄ cōcludit q̄ p̄positio postponit᷑ suo casuali nō simpl'r sed figuratiue ꝑ figurā q̄ dicit᷑ anastrofa vt dictū est in p̄io notabili.

Ar. Tertio. Dīo p̄pōnis nō valet. ꝓbat᷑. oīs dīo dz cōuenire cuilibet ꝯtēto sub diffinito. ſʒ ista dīo nō est hm̄oi ergo. Maior ē vna ꝯditio boē dīonis. Minor. q̄r nō cōuenit p̄pōni in cōpōne. ꝓbat᷑ q̄r prepō est ꝑs orōnis ⁊ dictio. ſʒ prepō in cōpōne nō est dictio. ¶ Dico v̄m argm̄ cōcludit q̄ dīo dz cōuenire cuilibʒ contēto sub diffinito ꝓ quo diffinit᷑. vt aūt dictū est in quarto notabili hic nō diffinit᷑ ꝓp̄rie prepō in cōpōne sed in appōne q̄ est vā prepositio.

Ar. Quarto. Aliq̄ est p̄pō q̄ nec cōplet nec mutat nec minuit ergo dīo nō valet. ꝓbat᷑. q̄r prepō in appōne nec cōplet nec mutat nec minuit. ¶ Dico verū argm̄ cōcludit q̄ ad dīonē in expōne dz addi in appōne vl' in cōpōne.

Ar. Quito. Dīo p̄pōnis nō vʒ. ꝓbat᷑. nulla dīo dz dari ꝑ opposita. ſʒ ista datur ꝑ opposita ḡ nō vʒ. Maior q̄r ꝑtes dīonis dn̄t ꝯuenire diffinito. modo opposita non cōueniūt vni vt dr̄ in postp̄ntis. Minor. q̄r dat᷑ ꝑ istas duas ꝑticulas minuit aut complet q̄ sunt opposita. ¶ Dico verum argm̄ concludit q̄ nll'a dīo dz dari ꝑ opposita copulatiue sed bn̄ disiunctiue ⁊ sic est in ꝓposito.

Ar. Sexto. Prepō. nō mutat ergo dīo non vʒ. ꝓbat᷑. q̄r sequeret᷑ q̄ termin⁹ nō ꝟcaret idē vbicūq̄ȝ poneret᷑ qd̄ est ꝯtra Marsiliū in ampliatiōib⁹ dicentem q̄ termin⁹ vbicunq̄ȝ ponit᷑ eq̄ m'ta ꝟcat. ꝓbat᷑ seq̄la. q̄r termin⁹ in simplici aliter ꝟcaret ⁊ aliter in cōpōne. ex q̄ p̄positio mutat ꝟcationē simplicꝭ. ¶ Dico q̄ p̄pō in cōpōne mutat ꝟcatū simplicꝭ ad illū intellectū q̄ ip̄m cōpositū aliter ꝟcat q̄ʒ simplex. vt aliter ꝟcat iniustus ⁊ aliud q̄ʒ iust⁹. ex q̄ sunt diuerse dictiones.

